

Matth. 4. v. 6. ex Psalm. 91. v. 11. dicit: *Angelis suis mandavit de te, & in manibus tollent te, ne forsan offendas ad lapidem pedem tuum.* Omittit autem: *In viis tuis custodient te.* Fallacia hæc Compositioni ex adverso respondet.

Sic *Arriani & Sociniani*, quò divinitatem Christi impugnent, blasphemè dicunt, non esse in Christum credendum eâ fide, quâ in Deum credimus, quum exstet *Job. 12. 44. qui credit in me, non in me credit, sed in eum qui misit me.* Resp. in Græco *μόνον* omissum est per ellipticam loquendi formam idiotismo Hebræorum accersendam. *Arabs* rectissimè inseruit particulam *وفا* h. e. *solum, tantum*, scil. non solum credit in me &c. Confer *Matth. Wasmuth. Gram. Arabic. in Prefat. p. 3. & Adversaria sacra Danielis Fesseli l. 4. c. 13. v. 13. seq.*

EXEMPLA.

1. *Qui gaudent super uno peccatore, illi videntur delectari peccato:*

At Angeli gaudent super uno peccatore:

Luc. 15. 10.

E. videntur delectari peccato.

Resp.